

ris intensi vicissitudo, & unius in alterius locum, cessante eò, quod prius in summò erat vigore, malo est loco.

Galenus 4. de rat. vicius in acutis t. 16. τὰ ἀκροτήρια ἐψυγμένα, κακόν. Χωρὶς γὰρ τούτων ὅσα ἂν ὀλέθριον γένηται ποτὲ τὸ νόσημα. Extremitates si refrigerentur, malum in ardente. Absque enim his nunquam letaliter terminatur morbus.

Ὡς ψυχρὰ καὶ συνεσαλμένα, frigide aures, inversa, ultimum instare vitæ tempus, docent.

CAPUT XXIX.

Prognosis ratione causarum.

HUMORUM sanè magna vis & violentia in ardentibus, ut separati cor & totum corpus accendant non solùm, sed etiam sinistram prælagiant eventum. Quò accensio intensior, eò periculum imminet majus. Occulta qualitas seu malignitas quò tenacior & fortior, eò citius mortis adventum accelerat.

NATURALES causæ difficilem produnt prognosin. Juvenilem ætatem invadens causus faciliorem promittit curationem; in adultioribus difficiliorem; in senibus plerumque respuit medicamenta.

NON-NATURALIUM è censu prodit aër, qui æstate breviores, autumnò verò ac hyeme periculosiores generat febres. Undè *Hippocr. 3. apbor. 9. ἐν Φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νόσοι καὶ θανατιοδέσονται τὸ ἐπίπαν. Autumnò morbi acutissimi, ἔσ' ἡμαξὶνὰ ἐκ πᾶρτε λεθῆλες. Juvantes causæ, somnus si naturam juvat, bonum; sin laborem facit, malum & mortale exhibent signum. 2. apb. 1.*

Ægrotus medicamentis vel aliis esculentis naturam si sentiat roborari, bonum & salutare signum; contrà malum & malignitatem insignem denotat, cui non sufficiant resistere medicamenta.

Ab irâ quæ ortum trahit febris, periculosa est. Interitum
minatur